

tur, vel singulatim editæ in Bibliothecis latenter, luce omnino dignissimæ. THEODORVS EBERTVS *Elogia Iureconsultorum & Politicorum centum illustrium*, qui Orientales linguas promouerunt, collegit, edita 1628. 8. quæ tamen leuioris sunt momenti.

## CAPVT SECUNDVM.

De

FONTIBVS IVRIS GENTIVM  
ANTIQVISSIMARVM.

§. I.

*Scriptores qui faciunt ad Ius Hebreorum.* PRimum merito locum Bibliothecæ Iuris occupant FONTES Iurium, vt exinde melius cognoscantur vel riuuli ex iisdem deducti, vel qui in perpurgandis iisdem propagandisque fuerunt occupati. Neque tamen hic Romani solum Iuris Fontes indicandi, sed aliarum etiam Gentium antiquissimarum, earum cum primis a quibus Romani sua hauserunt. Primum sine dubio est *Ius Hebreorum*, quod MOSIS libris continetur. In quo summa diuini Legislato-  
ris relucet sapientia. Ex hoc autem plura in Leges Romanas fuisse translata docent ex veteribus Auctor Collationis Legum Mosaicarum & Romanarum quam PETRVS PITHOEVS additis Notis multiplici eruditione refertis edidit *Lutetiae Parisiorum* 1572. & 1573. 4. *ibid.* 1580. *Genevæ* 1586. 8. *Parisii* 1609. 4. inter *Opera Pitboei Sacra, Iuridica, Historica, Miscellanea*, *Heidelbergæ* 1656. 8. & auctior nitidiorque adie-